



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 59. Ejusdem Reginæ crudelitas contra Catharinam Grajam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Ducem in Gallias secedere, inde autem postea ad Valliam Provinciam eo fine reverti decreverint, ut ibidem Scottiae Reginam in Angliae Reginam proclamari curarent: nullatenus autem vivente Elisabetha quidquam adversus eam moliri intendissent: nisi cuiusdam Astrologi vaticinio didicissent, Elisabetham hoc anno nondum evoluto evivis excessuram, hinc ad propositi sui executionem jam nunc opportuna media, se aggressos dicebant. Verum horum confessio jam satis, superque videbatur, ut lata sententia morti adjudicarentur: Regina tamen habita illustrissimi, ex quo originem trahebant, generis ratione illis vitae gratiam fecerat.

### §. LIX.

#### *Elisabethæ crudelitas erga Catharinam Grayam.*

Elisabetha non ea utebatur clementia adversus aliam Principem, *Cambden.* licet minus ream: porro ea erat Catharina Graya Filia Ducis, ac Ducissæ Suffolkiæ, quæ Joannæ Grayæ ex Mariæ Reginæ jussu capite plexæ Soror erat: quamvis ergo Catharina non alterius criminis rea inveniretur, nisi quod ad Angliæ sceptrum eidem jus competet, nihilominus alia eam vexandi ra-

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* Yy tio



Sæcul. XVI. tio excogitabatur; illa quippe nupferat  
A. C. 1562. Pembrochjo Comiti, qui tamen con-  
jugalis hujus societatis impatiens sele  
Judicis sententia ab ea separari fecit:  
unde illa postmodum clam nuptias inuit  
cum Harfordiæ Comite, qui in Fran-  
ciam peregre profectus conjugem suam  
gravidam reliquit. Elisabetha clau-  
destinum hoc connubium edora  
mox Catharinam carceri mancipat, si-  
mulque Comitem postea reducem in vin-  
cula conjici jubet, Archiepiscopus au-  
tem Cantuariensis hoc matrimonium  
tanquam irritum lata sententia decla-  
fare præcipitur: cum autem Comes  
post promuntiatam hanc sententiam e  
sua custodia clam egrederetur, ac Ca-  
tharinam conjugem suam invisendi op-  
portunitatem nactus esset, eadem rur-  
sus uterus gestare deprehendebatur;  
quocirca Comes trium capitalium sce-  
lerum reus proclamat, scilicet, quod  
carceres effregerit, & Regii sanguinis  
Principem violaverit, nec non commer-  
cium carnale habuerit cum quadam fe-  
mina, a qua tamen Judicis sententia le-  
paratus fuisset: itaque ex hisce tribus  
sceleribus quodlibet quinque millionum  
librarum sterlingicarum multa redi-  
mere, ac jurata fide Catharinæ socie-  
tatem ejurare jubetur, quod etiam pol-  
diuturni carceris squalorem effledui  
debet,

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

dedit; diu enim hanc sententiam revo-  
cari adlaborabat: Catharina vero tan-  
dem in carcere contabuit: quod autem  
Harfordiæ Comitem tanquam verum  
suum Maritum agnosceret, luculento  
comprobabat argumento, dum morti  
proxima a Regina veniam peti volue-  
rit, eoquod absque ejus consensu nu-  
ptias iniisset.

§. LX.

*Elisabethæ fœdus cum Franciæ Cal-  
vinistis.*

Verum Elisabethæ longe majus peri-  
culum impendebat a Scotis, quo-  
rum Reginam potissimi tuebantur ami-  
ci, qui opportunam eidem Angliæ re-  
gnum afferendi occasionem avide præ-  
stolabantur: cum autem Elisabetha pro-  
comperto haberet, quod cuncta hæc  
consilia a Guisio Duce agitarentur, is-  
que vehementer desideraret, ut Galli  
Religione Catholici sua arma in Norma-  
niam circumferrent, hacque ratione  
Angliæ Regno, in quod copias ad  
consilium suum feliciter exequendum  
introducere moliebatur, viciniores essent:  
eapropter Elisabetha cum Carnotensi  
Præfecto, quem Condæus Princeps ad  
eam ablegabat, armoram societatem  
init, vi cuius Regina spondebat, quod  
Hugonottarum Principibus præter cen-

Yy 2 *anno 1562 tum*

